



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

46. Vt Nullvs Avem Cvm Ave capiat, nec cum capiente incedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

cambiare sua, frater cum fratre, sine licentia Magistri; & aliquid quærere, nisi frater fratri, & sit res parua, vilis, non magna.

VT NULLVS AVEM CVM AVE 46.
capiat, nec cum capiente in-
cedat.

Quòd nullus autem cum aue accipere audeat, nos communiter iudicamus: non conuenit enim religioni, sic cum mūdānis delectationibus inhærere, sed Domini præcepta libenter audire, orationibus frequenter incumbere, mala sua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. Cum homine quidem talia operante, cum accipit, vel alia aue, nullus frater remanens hac principali causa ire præsumat.

VT NULLVS FERAM ARCV 47.
vel baliſta percutiat.

Cum omni religione ire deceat, simpliciter; & sine risu, humiliter; & nõ multa verba, sed rationabilia loqui, & non sic clamosa in voce: specialiter iniungimus & præcipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu aut baliſta iaculari audeat, nec cum illo, qui hoc fecerit, ideò pergat, nisi gratia eum custodiendi à perfido gentili: nec cum cane sit ausus clamare vel garrulare; nec equum suum cupiditate accipiendi feram pungat.